servato moderamine inculpatae tutelae : quod valet probabilius etiam de casu quo non defenditur vita propria, sed alia bona moraliter aequivalentia et in iis adjunctis quae occisionem hanc licitam faciunt. Cfr. Vol. I. n. 368 seqq. Idem dic de casu quo, licet causa mortis posita fuerit, mors non est reapse secuta. Sed eadem poena plectuntur mandantes aliique cooperatores positivi, immo et negativi, qui ex justitia, puta ob contractum, homicidium impedire debuissent, neque impediverunt.

2° Qui dant operam rei licitae, ex qua homicidium casuale oritur, si non adhibuerunt debitam diligentiam ne alterius mors sequatur. (Decr. l. 5. t. 12. c. 7) Exemplo sint medici vel chirurgi qui non adhibent omnem diligentiam requisitam, ita ut cum gravi ipsorum culpa aliquis e vivis excedat. Sed, etiamsi de culpa gravi non constat, solet pro iis peti et dari dispensatio ad cautelam.

3° Qui dant operam rei illicitae, ex qua mors alterius sequitur, etiamsi operans omnem diligentiam ad eam vitandam adhibuerit; probabilius tamen necesse est ut res ista non sit tantum utcumque illicita vel periculosa, sed ut periculum homicidii contineat. (D'Annib. n. 424. nota 24; Aichner, § 66) Sic irregulares sunt quilibet imperiti medicinam aut chirurgiam exercentes, si ex eorum imperitia mors secuta est.

4° Qui mutilationem, sensu strictissimo sumptam, peragunt in iisdem adjunctis quae modo de occisione explicata sunt. Igitur hanc poenam non incurrunt nisi pars abscissa sit membrum proprie dictum, i. e. nisi habeat in corpore proprium et a ceteris distinctum officium. (S. Alph. n. 379) Ideo irregularitatem effugiunt qui amputant auriculas vel nasum: quia non penitus tollitur facultas audiendi vel olfaciendi. Attamen, ex speciali Juris dispositione, irregularis fit ex defectu lenitatis qui seipsum mutilat vel castrat (Decr. l. 1. t. 20. c. 3 seqq.), etiamsi sibi absciderit tantum digitum vel digiti partem (Decr. Grat. dist. 55. can. 6), vel studio castitatis seipsum castraverit. Sed, in foro interno, irregularis dici nequit qui bona fide aut ob necessitatem haec aut similia fecerit, cum absit delictum. (D'Annib. n. 422. nota 14)

ERRATUM.

Pag. 656, lin. 10, lege *quos*... non vero *quas*.

INDEX ALPHABETICUS

RERUM QUAE IN TOTO OPERE CONTINENTUR.

Numerus Romanus volumen, arabicus numeros marginales indicat.

A

Abbas Regularis. Quam potestatem habeat conferendi ordines minores, II. 430.

Abortus. Quid sit, I. 374. — Quatenus illicitus sit, 375 seqq. — Reatus procurantium vel non satis caventium abortum, 378. — Censura contra abortum procurantes, II. 608.

Absolutio a censura. Quatenus requiratur, II. 573. — Quis eam dare possit, *ib.* — Num valeat etiam in foro externo data a confessario, *ib.* — Quis eam dare possit a censura reservata in articulo mortis et casibus urgentioribus, 574. — Extra hos casus, 575. — Num dari queat absenti, invito vel reo qui nondum dederit satisfactionem, 577. — Num necessario se extendat ad omnes censuras quibus quis ligetur, 578. — Num valeat extorta metu vel data sub condicione, *ib.*—Num danda sit intra confessionem et qua forma, *ib.* — Censura contra praesumentes absolvere ab excommunicatione specialiter R. P. reservata, 605. — Facultas specialis pro absolutione a censuris tempore jubilaei, 413.

Absolutio a peccato. Ejus forma, II. 264. — Preces praeviae vel subsequentes, 265. — Quatenus liceat dare absolutionem sub condicione, 266. — Num valeat data sub forma deprecativa vel absenti, 267. — Num iteranda sit super confitentem peccatum grave inculpabiliter omissum, 297. — Num verba : Passio D.N.J.C. etc. elevent omnia bona opera poenitentis ad meritum satisfactionis sacramentalis, 313. — Num valeat data ei qui bona fide confitetur peccatum reservatum apud simplicem confessarium, 349. — Quatenus sit danda rite disposito vel neganda indisposito, 366. — Num liceat eam dare in dubio negativo vel probabili de poenitentis dispositione, 367. — Quatenus juvet eam differre, 370.

Abstinentia, virtus. Quid sit I. 252.

— Ecclesiastica. Num sit de essentia jejunii et quibus diebus servanda, I. 436. — Abstinentia a carne quid complectatur, 442. — Abstinentia ab ovis et lacticiniis quatenus servanda sit, 443. — Quando graviter laedatur lex abstinentiae, *ib.* — Quomodo multiplicentur peccata contra eamdem legem, 444. — Quatenus ab eadem excusentur infirmi, lactantes vel praegnantes, pauperes, operarii, iter agentes, membra familiae ob patrisfamilias voluntatem, invitati ad prandium carnibus paratum, milites, qui prandium carnibus inadvertenter pararunt, 449.

Dispensationem a lege abstinentiae quis dare possit, I. 450. — Num pluries cotidie ea uti liceat, *ib.* — Obligatio eorum quae forte a dispensante injungantur, *ib.* — Quatenus confessarius legem abstinentiae cum poenitentibus urgere debeat, *ib.*

Acceleratio partus. Quid sit, I. 374. — Quatenus liceat, 378.

Acceptio personarum quomodo committatur, I. 463.

Accessio. Quid sit ; accessio per productionem ; accessio in bonis immobilibus per aedificationem, plantationem, sationem, alluvionem, I. 487. — Accessio in bonis mobilibus per adjunctionem, specificationem, commixtionem, 488.

Accusator. Quis sit ; ejus officia, II. 10.

Acedia. Quid sit ; quibus actibus exhibeatur, I. 189.

Actor. Quis sit ; ejus officia, II. 10. — Num violet justitiam si causam justam falsis instrumentis prosequatur, *ib.*

Actus heroicus : quid sit ; quatenus lege humana praecipi possit, I. 91.

— humanus. Quid sit ; quid differat ab actu hominis, I. 6. — Quid elicitus, imperatus ; internus, externus ; naturalis, supernaturalis ; bonus, malus, indifferens ; validus, invalidus, 7. — Quos actus eliciat voluntas, 8. — Cur requirat voluntarium saltem virtuale, 11. — Quatenus differat ab actu morali, 30.

— externus : num addat moralitatem actui interno, I. 41. — Num sit in confessione accusandus, II. 289.

— internus : quid sit ; quatenus lege humana praecipi possit, I. 92.

Adjuratio. Quid sit ; quae condiciones requirantur in adjuratione privata, I. 308 — Regulae servandae in usu adjurationis publicae, 309.

Adoptio. Quotuplex ; quatenus matrimonium dirimat, II. 474.

Adoratio. Quid sit ; quibus actibus exhibeatur, I. 256.

Adulterium. Quid sit ; ejus reatus, I. 392. — Quinam ob adulterium restituere teneantur, 570. — Quae damna, et quomodo reparanda sint, 571. — Quando oriatur impedimentum matrimonii ex aldulterio cum promissione vel attentatione matrimonii, II. 485 ; — ex adulterio cum conjugicidio, 486. — Adulterium ratio separationis conjugum quoad habitationem et torum, 556.

Adultus. Quam intentionem habere debeat ut baptizetur valide, II. 126. — Quando teneatur suscipere baptismum, 149. — Quinam adulti baptizandi sint in articulo mortis, 150 ; — vel invitis iis quorum potestati subjacent, 151.

Advocatus. Quatenus causas pauperum gratis tueri teneatur, I. 222. — Alia officia, II. 14. — Quid ei liceat in causis criminalibus ; quid in causis civilibus, *ib.* — Num debeat causam cujus injustitiam agnovit derelinquere et clientis secreta alteri parti prodere, 15. — Quantum salarium exigere possit, *ib.* — Num possit pro divortio civili causam dicere, 562.

Aequiprobabilismus. Quid sit, I. 67. — Refellitur, 73, 76.

Aetas. Quae requiratur ad ordines suscipiendos. II. 455.

— matrimonii impedimentum, quos complectatur et e quo jure ortum sit, II. 494.

— superadulta feminae, causa canonica dispensationis matrimonialis, II. 525.

Affabilitas. Quid sit, I. 248. — Quomodo violetur, *ib.*

Affinitas. Quid sit ; quomodo computetur et multiplicetur, II. 480. — Quatenus dirimat matrimonium sive inter fideles, sive inter infideles, 481. — Affinitas non parit affinitatem, 482. — Quid si matrimonio superveniat, *ib.*

Aliena res. Quid si vendatur, I. 625 ; — si ludo amittatur, 660.

Alienatio. Censura contra consulentes alienationem locorum S. R. E. respicientium, II. 603. — v. Bona ecclesiastica.

Alphonsus a Ligorio (S.). Approbationes a S. Sede ejus scriptis datae, I. 70. — Utrum aequiprobabilistis an probabilistis puris sit adnumerandus, 71 seq.

Altare. Fixum, portatile, II. 244. — Quatenus liceat in altari portatili celebrare, *ib.* — Quando exsecretur altare, *ib.*

— privilegiatum. Quid faciendum sit sacerdoti qui condicionem celebrandi ad altare privilegiatum praetermiserit, II. 233. — Num hoc privilegium detur celebranti in statu peccati mortalis, 404.

Ambitio. Quid sit ; ejus malitia, I. 177.

Amentes. Quatenus moralis imputabilitatis sint capaces, I. 15. — Quatenus subjaceant legi naturali, 93 ; — legi ecclesiasticae, 94. — Num sint capaces dominii, 468 ; — baptizandi, II. 146 seqq. et 150 ; — confirmandi, 163 ; — ad s. communionem admittendi, 190 ; — extremaunctione donandi, 423. — Num valide suscipiant ordinem, 435. — Quatenus sint irregulares, 636.

Amicitia sensualis. Quem reatum inducat I. 409.

Anatocismus. Num liceat, I. 619.

Angustia loci. Causa canonica dispensationis matrimonialis, II. 525.

Animalia, v. Occupatio.

Annulus. Quibus clericis prohibeatur, II. 33.

Apostasia. Quid sit, I. 203. — Qua censura plectatur, II. 586.

Appellatio. Quatenus liceat a mandatis episcoporum, I. 104. — Num a censura excuset, II. 571.

Approbatio. Quid sit et quo jure ad audiendas confessiones requiratur, II. 326. — A quo episcopo sit obtinenda, *ib.* — Quibus sit necessaria, *ib.* — Num requiratur ad absolutionem venialium, 329.

Aqua. Vino Eucharistico miscenda, II. 172. — v. Baptismus.

Arbiter. Quis sit ; ejus obligationes, II. 2.

Articulus mortis. Quomodo differat a mortis periculo, II. 332. — Num sit exspectandus ad ungendos infirmos, 422.

Aspicere turpia quatenus illicitum sit, I. 407.

Assecuratio. Quid sit, I. 656. — Quid ad ejus justitiam requiratur, 657. — Quae damna ab assecuratore compensanda sint, 658. — Quomodo restituendum pro damno assecuratoribus illato, *ib.* — Regulae speciales de assecuratione vitae, *ib.*

Asylum ecclesiasticum. Quid sit ; quam censuram incurrant illud violantes, II. 598.

Attentio. Quatenus requiratur ad satisfaciendum praecepto Missae audiendae, I. 341 ; — praecepto recitandi Horas Canonicas, II. 59.

Attritio. Quid sit, II. 269. — Num sufficiat in sacramento poenitentiae ad obtinendam remissionem mortalium, etiam sine amore initiali, 271 ; — vel extra sacramentum ad remissionem venialium, 277.

Auctarium. Quatenus solvendum sit a possessore malae fidei, I. 530 ; — vel ab emptore donec solvat pretium, 630. — v. Mutuum.

Auctor. Quid sit, I. 477. — Num jus habeat ad restitutionem si quis inviti auctoris opus in lucem edat vel jam editum recudat, *ib.* — Quid si opus recudatur in alia regione vel lingua, 478.

Aurora. Quomodo sit computanda pro Missa celebranda. II. 236. — Quando ante auroram celebrare liceat, 237.

Avaritia. Quid sit ; ejus malitia, I. 178.

B

Banna, v. Proclamationes nuptiales.

Baptismus. Quomodo differat baptismi sacramentum a baptismo sanguinis vel flaminis, II. 132. — Baptismi materia remota valida, 133 ; — licita, 134. — Baptismi materia proxima valida, 135 ; — licita, 136. — Baptismi forma, 137. — Quae mutationes formam pessumdent, *ib.* — Quatenus peccet qui formam, salvo valore, mutet, 138.

Baptismi minister. Quoad valorem et liceitatem, II. 139. — Quis in casu necessitatis, 140.

Baptismi subjectum, v. Adultus, Foetus, Infantes.

Baptismi iteratio condicionata quando liceat vel requiratur, II. 152. — Quid de infantibus expositis vel domi baptizatis a laico ; de ordinandis dubitantibus num sint baptizati ; de conversis ab haeresi, 152 seqq. — Quas condiciones baptismo addere liceat, 153. — Num liceat episcopo dispensare a caerimoniis in baptismo condicionato, 155. — Quid de baptismo dubio vel iterato censendum sit in ordine ad valorem matrimonii, 488. — Irregularitas ex iteratione baptismi, 633.

Baptismi caerimoniae. Quatenus peccent eas omittentes, II. 154. — Quando liceat baptismum conferre extra ecclesiam, *ib.* — Num liceat omittere caerimonias in baptismo extra ecclesiam vel in casu necessitatis collato et quatenus postea supplendae sint, 155. — Quid de nomine baptizatis imponendo, *ib.*

Barba. Num clericis liceat eam ferre, II. 33.

Bellum. Quis bellum indicere valeat, I. 383. — Quid requiratur ad justitiam belli defensivi vel offensivi in principe, 383 seqq. ; — in milite, 385. — Quae liceant vel vetentur in bello, *ib.* — Num singuli milites in bello injusto ad restituendum in solidum obligentur, 548. — Irregularitas e bello oriunda, II. 639.

Benedictio rerum quatenus impediat ne eaedem ad usus profanos adhibeantur, I. 282.

Benedictio nuptialis quatenus sit danda vel recipienda, II. 464.

Benedictio papalis in articulo mortis a quo, quotiens et quo ritu dari posssit, II. 410.

Beneficiati. Quatenus teneantur emittere professionem fidei. I. 197 : — recitare Horas Canonicas sub poena restituendi fructus, II. 47 ; — personaliter obire muneris officia, 66 ; — residere, *ib.* — unum tantum beneficium possidere, *ib.*

Beneficium ecclesiasticum. Quid sit, II. 64. — Majus, minus ; simplex, duplex ; perpetuum, temporaneum ; electivum, collativum, patronatum. 65 — Quis episcopus proprius ordinandi ratione beneficii, 431. — Quatenus beneficium excommunicatis conferri prohibeatur, 584.

Bestialitas. Quid sit ; ejus malitia, I. 403.

Biblia sacra. Num liceat jurare super Biblia protestantica, I. 359. — Quatenus ss. Bibliorum textus vel versiones edere liceat, 453.

Bibliopolae, v. Libri pravi.

Bigamia. Quatenus irregularem faciat bigamia simultanea, II. 637 ; — successiva, interpretativa vel similitudinaria, 638.

Binare, v. Celebrare.

Blasphemia. Quid sit, I. 292. — Ejus malitia, 293. — Quae formulae veram blasphemiam contineant, 295. — Quid agendum cum iis qui blasphemias proferre soleant, 296.

Bona derelicta, vacantia : quatenus sint primi occupantis, I. 486.

Bona ecclesiastica. Ad quem pertineant direpta in Belgio et Gallia, I. 559. — Censura contra usurpantes vel sequestrantes bona ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum vel beneficiorum pertinentia, II. 591 ; — contra usurpantes alia bona ecclesiastica, 606 ; — contra alienantes eadem absque Beneplacito Apostolico, 610.

Bona fides. Quid sit in praescriptione acquisitiva, I. 491 ; — vel liberativa, 493.

Bonae fidei possessor. Ad quid teneatur quamdiu rem alienam detinet, I. 524 ; — si res aliena periit, 525 ; — si eadem in possessione tertii versatur, 526. — Quos fructus servare possit, 527. — Quod jus habeat ad compensationem expensarum, 528.

Bona fortunae. Quae sint, corporalia, incorporalia, mobilia, immobilia, fungibilia, non fungibilia, I. 467.

Bona spiritualia. Quatenus restitutio facienda sit pro laesione in his bonis, I. 560.

Bonitas, actus bonus. Quid sit, I. 30. — Actus materialiter, formaliter bonus, 31. — Num ad actum bonum requiratur motivum caritatis, quodlibet motivum supernaturale, explicita relatio ad Deum, 32. — Actus intrinsece, extrinsece bonus, 34. — Requisita ut operans meritum bonitatis habeat, 38.

Breviarium. Quo utendum sit, II. 50. — Quatenus ejus carentia a recitandis Horis excuset, 60. — v. Horae Canonicae.

C

Cerei. Quatenus, durante Sacro, lucere debeant, II. 246.

Caerimoniae. Quatenus obligent caerimoniae Ritualis, II. 116. — v. Baptismus, Missa.

Calendarium. Quo utendum sit in celebranda Missa, II. 255.

Calix. Qua materia constare debeat, II. 247. — Quomodo exsecretur, *ib.*

Calumnia. Quid sit, I. 418. — Num specifice differat a simplici detractione, 419. — Num umquam liceat, 422.

— de sollicitatione ad turpia in confessione. Quid sit et qua poena plectatur, II. 400. — Num ab ea absolvi possit qui reservationem peccati ignoret, 345.

Cambium. Quid sit ; quae condiciones in justo cambio requirantur, I. 622.

Caritas Dei. Quid sit ; ejus ratio formalis, I. 210. — Requirit amorem appretiative, non intensive summum, 211. — Caritas necessaria ad salutem, 212. — Quando caritatis praeceptum urgeat, *ib.*

— proximi. Quid sit : ejus objectum, I. 214. — Obligatio ad actus internos, 215 ; — ad succurrendum proximo in necessitate spirituali, 216. seqq.

Caro. Num liceat manducare carnem humanam, I. 182. — Quid nomine carnis veniat in lege abstinentiae, 442.

Castitas. Quid sit, I. 252. — Num specifice differat violatio voti sollemnis a violatione voti simplicis castitatis, 280. — Materia voti castitatis emissi in susceptione ordinis sacri, II. 29 ; — in religione, 99. — Num differat objectum virtutis ab objecto voti castitatis, *ib.* — Quomodo interrogandi poenitentes circa castitatem, 362. — Num votum castitatis solvat sponsalia, 446. — v. Votum.

Castratio. Quatenus liceat castratio masculina, I. 363 ; — feminea, II. 503. — Num reddat impotentem virum vel mulierem, *ib.*

Casus reservatus. Quid sit, II. 342. — Quas condiciones requirat, 343. — Num casus cum censura reservati incurrantur ab iis qui eam ignorent, 344. — Quid de casibus reservatis sine censura, 345.

A casibus reservatis absolvere quis possit, II. 346. — Quid in articulo mortis, *ib.* — Quando id possit simplex confessarius et utrum talis absolutio sit directa an indirecta, 347. — Num idem possit absolvere a peccato dubie reservato, 348. — Quatenus a reservatis absolvi possit peregrinus, *ib.* — Num liceat a reservatis absolvere, si superior injuste facultatem absolvendi negaverit, speciatim apud Regulares, 349. — Num facultas absolvendi a casibus episcopo reservatis includat facultatem absolvendi a reservatis cum censura, 576.

Catechumeni. Num subsint Ecclesiae legibus, I. 94. — Num possit pro ipsis applicari Missa, II. 221. — Num possint donari ecclesiastica sepultura, 627.

Caupona. V. Taberna.

Celebrare. Dispositiones requisitae ad crebro celebrandum, II. 196. — Obligatio celebrandi ratione beneficii, legis ecclesiasticae, praecepti Superioris, 223 ; — ratione ordinis sacerdotalis, 224. — Num peccet qui celebrare omittat, *ib.* — Obligatio celebrandi ratione curae animarum, quos urgeat, 225 ; — et quibus diebus, 226. — Num Missa pro grege ab alio celebrare vel differri queat, 227. — Quid si parochus sit absens vel a celebrando impeditus, *ib.* — Num una Missa celebrata satisfieri possit pluribus promissionibus, 229. — Obligatio celebrandi ob stipendium, v. Stipendium.

Tempus celebrandi. Quibus diebus prohibitum sit celebrare, II. 235. — Qua hora liceat celebrare, 236. — Quando id liceat ante auroram vel post meridiem, 237.

Iterato celebrare num liceat eodem die, II. 238. — Quam ob necessitatem id liceat, *ib.* — Quid concedat jus commune, 239 ; — quid specialis facultas, 240. — Num ista facultas cuilibet sacerdoti communicari possit, *ib.*

Locus celebrandi. Qualis regulariter esse debeat, II. 241. — Quando liceat celebrare in loco profano, 242 ; — in navi, *ib.*

Censura. Quid sit, II. 563. — Censura a jure, ab homine ; latae, ferendae sententiae ; reservata, non reservata, 564. — Quis censuram ferre possit, 565. — In quos, 566. — Num ferri possit in communitatem, *ib.* — Num quis pluribus censuris ligari possit, *ib.* — Condiciones requisitae ad censuram incurrendam, 568. — Ordo servandus in ea ferenda, 569. — Num valeat injuste lata. 572 — Num a censura excuset recessus a contumacia, *ib* — Quae censurae hodie vigeant, 579 — Quatenus vigeant censurae Tridentinae, *ib.*

Censura librorum. Quatenus hodie ab Ecclesia requiratur, I. 458. — Ad quem pertineat, 459.

Census. Quid sit apud antiquos theologos et in Jure recentiore ; quatenus liceat, I. 621.

Cessatio a divinis. Quid sit et quomodo differat ab interdicto, II. 621.

Cessatio a labore. Quatenus operariis e condicto licita vel illicita sit, II. 22.

Cessio bonorum. Quid sit, I. 604. — Num debitorem a reliqua parte debiti solvenda liberet, *ib.* — Quid cessionem faciens sibi retinere possit, 605.

Chirurgus. Ejus officia, II. 19 — Num possit facere operationes periculosas experimenti gratia, *ib.* — vel operationes incerti successus in aegrotis quorum salus desperata sit, 20.

Choreae. Quatenus liceat eas agere vel indicere, I. 241.

Chorus. Obligatio recitandi Horas in choro, II. 48.

Chrisma, v. Confirmatio.

Circumstantiae. Quid sint in ordine ad moralitatem, I. 35. — Quatenus in eam influant, *ib.* — Num confitendae sint circumstantiae speciem mutantes aut quae leviter vel graviter aggravant, II. 286.

Clandestinitas. Quid sit in re matrimonii, II. 495. — Quatenus sit impedimentum impediens vel dirimens, *ib.* — Qua ratione ut dirimens inducatur, 499. — Quibus in locis idem vigeat, 500. — Num cesset ob difficultatem communem vel particularem adeundi parochum, 501. — Quomodo sit simul locale et personale, 502.

Claudus. Quatenus sit irregularis, II. 635.

Clausura. Activa, passiva, II. 98 — Quatenus Regulares e clausura exire prohibeantur et peccent exeundo sine licentia, *ib.* — Censura contra violantes clausuram monialium, 599 ; — contra violantes Regularium clausuram, 600.

Clementia. Quid sit, I 253. — Quae vitia ei opponantur, *ib.*

Clerici. Quatenus subsint legi civili, I. 98. — Quae obligatio eos alendi fideles adstringat, 434 — Quaenam observare debeant in edendis libris et in diariis vel foliis periodicis moderandis, 460. — Quatenus disponere possint de bonis suis patrimonialibus, quasi patrim. et parcimonialibus, 475. — Quas obligationes habeant circa bona sua ecclesiastica, 476. — Clerici habituati in peccato turpi num possint s. ordinem suscipere, II. 26 seqq. Quid de iis qui jam s. ordinem susceperint vel aliorum peccatorum consuetudinem foveant, 27. — Quatenus clerici prohibeantur cohabitare mulieribus, 31 ; — exercere officia vilia, suscipere munus procuratoris, advocati, deputati, professoris, etc. 35 ; — medicinam vel chirurgiam exercere ; arma deferre, 36. — Num trahi possint coram tribunali civili, 590.

Coactio. v. Metus, vis.

Coelibatus. Quas obligationes lex coelibatus imponat clericis et e quo jure ea lex oriatur, II. 29. — Num adstringat eos qui s. ordinem susceperint eam ignorantes, metu coactu vel expresse nolentes ad castitatem servandam obligari, 30.

Cognatio legalis. Quid sit et inter quas personas dirimat matrimonium, II. 474. — Quatenus vigeat sub Juribus recentioribus, *ib.*

— spiritualis. Quid sit et inter quas personas matrimonium dirimat, II. 475. — Ejus contrahendae condiciones, *ib.* — Num eam contrahat qui patrinum agat nomine alieno, impedimenti ignarus vel in baptismo privato ; 476. — Quomodo multiplicetur, *ib.* — Quid operetur in patre baptizante prolem suam, *ib.*